




Asterix Gallus - #12 : Asterix Olympius

Date :




Diffusion en Allemagne.

Résumé :

Le camp d'Aquarius est en émoi : son athlète a été sélectionné pour participer aux Jeux Olympiques. Mais ce bonheur est de courte durée, car les Gaulois " qui une fois n'est pas coutume, se prétendent Romains " décident eux aussi de participer aux Jeux et de gagner toutes les épreuves grâce à la potion magique.

Mais une fois arrivés à Olympie, les Gaulois apprennent que le dopage est interdit. La compétition devient alors ardue, et il faudra que les Gaulois utilisent aussi bien leur tête que leurs muscles pour essayer de remporter une palme olympique.





prope Aquarium boletos legens,
quo loco suavissimi saporis inveniuntur
Romanos gaudio conclamare audiebam.
laetissimis animis esse videntur!



eho...! res mira est,
Methusalix! quid facien-
dum est?



iusculum! boletis
impositis iusculum paratur,
quod delicatissime sapit.



**ain vero iusculum?
nihil aliud tibi
in mentem venit
nisi iusculum,
Obelix?**



immo placenta ovorum
boletis intritis paranda est!
homo subtilioris palati boletos
placentae ovorum intritos
gustat.



attamen, Maie-
stix, princeps
noster...!

tacedum! ego enim prin-
ceps sum, ut ipse dicis. pla-
centam ovorum cum bole-
tis praeparabimus!

egomet ipse
boletos lactucae
intritos prae-
fero...



nonnumquam amicos nostros
quasdam res parum serio agere
credo... hilaritas Romanorum
nobis molestiam afferre
potest.

quid ergo
faciendum est,
o Druida?




torquendi sunt!




boleti in butyro
torquendi sunt. hoc
modo sapor eorum pro-
prius conservatur.

???



vere iam vergente viculus ille Gallicus summa pace fruitur: Obelix atque discipulus eius cippos exhibituri sunt, Asterix ante casam suam radiis solis utitur omnesque quieti atque desidia dediti sunt. revera, ut dictum est, per Teutamem: viculus ille Gallicus summa pace fruitur...



contra in Aquario, in castris Romanorum, omnium animi miro modo commoti esse videntur...

pro Iupiter!

per Mercurium!

ave Caesar!

Caesar ave!

Caesar ave nos!

?



qua de causa omnes ita commoti sunt?

hoc ipso tempore nuntius res novissimas Roma ex urbe attulit: Claudius Torosus electus est, ut ad Romae honorem Olympia vincat!



Torosusne? quisnam ille vir?





verba tua ignorantiam tironis detegunt, Stipes. Torosus lux nostra atque spes est. nostris in castris stipendia meretur gloriaque eius nobis omnibus refulgebit!




iusto iure te, Torose, Olympionicam destinavi. tu enim electus es, ut una cum optimis totius imperii Romani athletis de palma certes!

ego equidem, o Tulli Mordice, mi centurio, profecto optimus maximusque sum







ne suscensueris amico meo, vir Romane...




cur enim hoc fecisti, Obelix? iste vir Romanus nobis molestus non fuit!

quid autem dicis? ille aliquod lignum in caput meum coniecit, ego alterum reieci. nunc pares sumus.



nunciam satis est, per lovem!



age, puer crasse! ad certamen te evoco! ad pugilationem! ad pancratium! hoc genere certandi te vincam! ego...



ego crassus non sum!

TAXX!



dic mihi aperte atque simpliciter, Asterix: num tu me crassum iudicas?


res non ita se habet. tantum robustiore corpore es, Obelix! age, nunc apros venemur!



homo nequam sum.



quid? num tu te hominem nequam dicis?!?



quis te hominem nequam appellavit?

ego ipse me ita appello. omnes me viribus corporis antecedunt. omnes Galli, quibus occurri, me superaverunt: alter parvus atque exiguo, alter crassus atque robustiore corpore! omnes!



nunc teneo, per lovem! per longum tempus illi, quos dicis, Galli nobis difficultates non afferebant.